

dissolutes extra horam confabulantes invenimus. Tunc monachi redeunt ad cenobium. et demones properant ad infernum.

Quedam mulier a demone sibi in forma hominis visibiliter apparente multas molestias sustinebat. multaque remedia nunc aque benedictae asperisionem: nunc hoc nunc illud remedium adhibebat. sed nec ille cessabat. Quidam vir sanctus consuluit sibi ut cum ad eam accederet. illa elevatis manibus sancta maria adiuva me pronus exclamaret. Quod cum illa fecisset: dyabolus quasi lapide percussus tertius ibidem sterneretur. et postmodum dixit. Malus dyabolus intret in buccam illius qui te istud docuit. et statim evanuit: nec ad eam postmodum accessit.

Motandum quod quoddam miraculum virginis est in fine legende sancti Ipolitii. quod in eo te ipse sancto Ipolitio agitur in parte

Interpretatio de nomine.

Bernardus dicitur a ber quod est puteus vel fons. et nardus que ut dicit glossa super canonicum. est herba humilis et caliditate nature et odorifera. Fuit enim calidus in ferventi amore. humilis in conversatione. fons in doctrine emanatione et puteus in scientie profunditate. et odoriferus in fame suavitatis. Cuius vitam abbas Guillelmus sancti theoderici socius beati Bernardi. et Bernardus abbas Bonewallis scripserunt.

De sancto Bernardo abbate

Bernardus in burgundia castro fontanis oppidum ex nobilibus valde et religiosus penitus ornatus est. Cui pater Recelinus miles: seculo strenuus nec minus deo religiosus. Mater vero Aleth nunquam cupata est. Nec septem pueros genuit. sex mares: feminam unam. Mares autem omnes monachos futuros: feminam sanctimoniale promiserat. Uxor autem ut filium primum ediderat: manibus propriis ipsum deo offererat. Alienis verbis ipsos

nutrii refugiebat. quasi cum lacte materno matrem quodammodo bonam infundens eis naturam. Cum autem crevisset quidam sub manu eius erat: beremo magis quam curie nutrebat. Cibis grossioribus cibibus pascens eos quasi continuo ad berem transmittendos. Cum ergo tertium filium. scilicet Bernardum adhuc gestaret in utero vidit somnium presagium futurorum catulum. scilicet toni candidum et torso subrufum. et latrantem in utero se habere. Quod cum cuidam viro dei exposuisset: ille prophetica voce ait. Optimi catuli materis: qui domus dei custos futurus: magnum nos contra inimicos dabit latrans. Erat enim predicator egregius. et multos medicinalis lingue grana curaturus. Cum autem Bernardus adhuc puerulus esset. et gravi dolore capitis egrotaret: venientem ad se mulierculam et dolore sui capitis suis carminibus mitigaret cum indignatione nimia exclamans repulit et abiecit. Puerculi autem bona zelo divina non defuit clementia. hinc continuo surgens liberatum se esse cognovit. In sacratissima comice natiuitatis nocte: cum puer Bernardus matutinale officium in ecclesia expectaret. et qua hora ipsa natus fuisset scire cuperet: apparuit ei puerulus ihesus: quasi iterum ante oculos suos ex utero matris nascens. Cum quidam videret hanc horam natiuitatis comice semper putavit. Ad illa ergo hora in hijs que ad illud pertinent facti et sensus eius profundior et sermo copiosior datus est. Unde et postmodum ad laudem gemitricis et genitricis in terra ipsa suorum tractaturus in iugis opusculum edidit: in quo illam lectionem evangelicam. Missus est gabriel angelus et explanavit. Et tunc antiquus hostis propositi pueri tam salubre et castitatis propositum iudicium multosque sibi laqueos temptatiois opposuit. Cum ei aliqui in quandam felam oculos defixos aliquid tenuissimum de seipso evalesceret in seipsum severissimum ultor surgit: ac in flagnum gelidam aquarum in filiis cadit: ibi demum mansit donec pene exaquis effectus per gratiam dei a calore carnalium concupiscentiarum totis refriguit.

v ij.